IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 123r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



meis non erit in te deus recens deus nr nunquam fuit recens
nec nouus nec in tempore factus sed antiquissimus semp
ab eterno et in eternum nec adorabis deum alienum qui nomine
et non essentia siue materia dicitur vel noscitur deus
Non adorabis dico deum alienum Quoniam ego sum dns deus tuus
qui eduxi te de terra egipti et non alius dilata os tuum ad
petendum tibi utilia et implebo desiderium tuum
Et sic eos admonui Et tamen non audiuit populus qui meus
deberet esse ad monicionem meam et israel non intendit michi
ingratus de tot beneficiis
Et qui attendere noluit ideo dimisi eos ut pro suo libitu
ad omnes sui cordis voluptates ferantur et ipsi subtracta gra
mea ibunt in peccatis et erroribus ab eis nouiter ad in-
uentis
Sic dimisi eos sed Si populus meus audisset me credendo
et ipse factus esset verus israhel si in viis meis ambulas-
set precepta mea obseruando
Pro nichilo forsitan vel fere absque ulla difficultate inimi-
cos eorum huiliassem ad nichilum redigendo et super tribu-
lantes eos ostendissem potenciam meam eos inter-
ficiendo
Propheta de eorum eterna dampnacione loquens ait
Inimici dni scilicet iudei qui deberent esse amici mentiti sunt
ei non credentes promissa quibus se ad omnia precepta eius
implenda bonis pollicitacionibus obligauerunt et ideo tem-
pus punicionis eorum erit in eternum
Et merito veniunt dampnandi qui deus cibauit il-
los ex intima medulla frumenti et saturauit eos melle
fluente de petra in rupibus enim illius terre erat
mel in copia

Ps 81 In quo monet credere xpistum verum
deum et hominem esse